Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



35

quem superius uelut leonem appellauit. Ipse enim animam persequitur. et si decepere
comprehendit; iam homines usq: ad interfectionem corporis saeuiunt. animam
uero post istam uisibilem mortem in potestate habere non possunt. Diabolus autem
quas animas persequitur comprehendere possidebit; et conculcet in terra uitam meam.
id est conculcando terrem faciat uitam meam. cibum scilicet suum; Non enim tan
tum leo sed etiam serpens appellatur. Cui dictum est. terram manducabis; et pec
catori homini dictum est. terra es et in terram ibis; et gloriam meam in puluerem de
ducit; hic est ille pulus quem pictor uentus a facie terre: superborum scilicet uana et
inepta iactantia et inflatio non solida tamquam uento elatus pulueris globus;
reliquaq: id posuit gloriam quam non uult in puluerem deduci; uult enim eam
solidam habere in conscientia. ubi coram deo nulla iactantia est. qui gloriatur inquit.
in domino gloriatur; ista solida laudatur in puluerem deducitur. sic superbiam contemnens
quisq: secreta Conscientiae ubi solus deus hominem probat uelit apud homines glo
riari; hinc est quod alibi dicit; deconterit ossa placentium hominib:; Quia autem
benedicit uel exprimit uitiorum superandorum gradus. intellegit hoc uitium in
anis gloriae uel solum uel maxime cauendum esse perfectis; quo primo enim uitio lap
sa est anima. hoc ultimum uincit; initium autem omnis peccati superbia. et initium super
biae hominis apostatare a deo.; Exsurge domine in ira tua. quid ad hoc iste quem
perfectum dicimus ad iram uocat dm.? Nonne uidendum est ne potius ille perfectus sit
qui cum lapidaretur dixit domine statuis illis hoc peccatum. an iste non ad
uersus homines haec precatur sed aduersus diabolum et angelos eius. quo
rum possessio peccatores atq: impii homines sunt; Non ergo saeuiens. sed miseri
cors aduersus eum orat. quisquis orat ut eiaufertur ista possessio a illo domino qui
iustificat impium; Cum enim iustificatur impius. ex impio fit iustus. ex possessio
ne diabolo migrat in templum dei; et qm poena est uicuiq: auferatur possessio in
qua dominari desiderat. hanc poenam dicit in ira dei aduersus diabolum. ut de
sinat possidere quos possidet; Exsurge domine in ira tua; exsurge hic appare
dixit. humanis iudicet et laetamur: uerbis quasi dormit. Cum in secretissimis
incognitus latet; exaltare in finib: inimicorum eorum. finis dixit ipsam pos
sessionem. ubi uult dm exaltari potius. id honorari et glorificari quam diabolum
dum impii iustificantur. et laudant dm.; Et exsurge domine deus meus in pre
cepto quod mandasti. id est quia humilitatem precipisti humilis appare.
et ut prior imple quod precipisti. ut exemplo tuo uincentes superbiam non possi
deantur a diabolo qui aduersus tua precepta superbia psuasit dicens; manducate et aperientur uobis oculi et eritis tamquam dii; et congregatio populorum